

sunt liliorum folia. Vbi vides quàm pulchrum erat ornamento coronæ ab imo. Deinde describitur ornamentum coronæ in sui supremo. *Et rursus alia capitella in summitate columnarum desuper, iuxta mensuram columnæ contra retiacula.* Iuxta Hebræum habetur. *Et coronæ super duas columnas etiam desuper è regione ventris, quod trans retiaculum.* Sic iacet in Hebræo. Ex qua litera insinuat figura corporis coronæ, quod videlicet habebat ventrem: ac per hoc corpus ipsius coronæ surgebat ab imo cum quadam ampliacione vsque ad tertium coronæ cubitum exclusiue. ita quod aliquantulum ventris in ascensu coronæ secundum altitudinem resultabat: & pars superior consequenter restringebatur vsque ad summum cum debita proportione. Verum inter summum & imum disparitas erat: quia inum erat amplum, aliquantulum tamè strictius quàm venter: alioquin inum non fuisset coronæ simile. summum autem arctum fuisse, tum similitudo coronæ clausæ superius, tum litera hæc testatur, narrans quod corona in summo etiam habebat opus lilii (hoc est ex summo egrediebatur liliolum) cuius folia expandebantur è regione ventris. nisi enim tanquam conus fuisset summitas coronæ, nõ scriberetur expansio lilii egredientis ex summitate extensa supra è regione ventris: hoc est respiciendo ad æqualitatem ventris ipsius coronæ: notabilis enim disparitas per hoc insinuat. Et erat pulchra expansio lilii perpendiculariter supra è regione ventris: hoc est quod linea recta perpendiculariter duci potuisset ab extremo folii lilii ad extremitatem ventris. Ordo autem literæ est. & coronæ duæ super duas columnas etiam desuper, subaudi opus lilii habebant, è regione ventris, proculdubio coronæ. Relatiuum autem subiunctum (videlicet quod trans retiaculum) refert desuper: & est sensus, in illo desuper quod est trans retiaculum habebant opus lilii è regione ventris coronæ. summitas enim coronæ erat trans retiaculum omne: conus siquidem coronæ supra septimum ac supremum retiaculum erat. *malogranatorum autem ducenti ordines erant in circumitu capitelli secundi.* Iuxta Hebræum habetur. *Et malogranatorum ducentorum ordines in circumitu super coronam secundam.* Prius dixerat duos ordines malogranatorum in qualibet zona, sed non dixerat numerum eorum. & propterea modo explicat numerum malogranatorum, dicendo quod ordines vniuersi in secunda corona habebant ducenta malogranata:

malogranata: vt per hoc intelligeremus æqualem malogranatorum numerum in ordinibus primæ coronæ. quadringenta enim fuisse malogranata, inferius scribitur: ducenta igitur malogranata in qualibet coronâ per quatuordecim ordines distributa erant. Nec est rationi consentaneum vt patet esset numerus malogranatorum in singulis ordinibus: quia ordines ipsi non erant inter se pares. proportionaliter itaque distributa intellige ducta malogranata in dictos quatuordecim ordines. Ex litera ergo Hebræicæ veritatis collige pulchram coronam quinque cubitorum secundum longitudinem habentem corpus in imo amplum, sed consurgens quâtitate duorum cubitorum ampliando in ventrem, & supra ventrem cubitis tribus proportionaliter restrictum vsque ad conum. Contextum autem erat corpus totum opere fusili: sed ima illius pars tanquam lamina quædam circularis surgens in ventrem erat: superior autem pars ex septem zonis à ventre vsque ad summum, qualibet zona distincta in duas partes, quarum superior similis reti, appendix vero similis catenæ erat. Et cuiuslibet zonæ vtrique pars tegebatur proprio ordine malogranatorum: & ex infimo coronæ prodibant folia lilii circumcirca quatuor cubitorum: ex cono autem prodibant liliolum circumcirca expansis foliis è regione ventris.

*Et erexit duas columnas in porticu templi: erexitque columnam dexteram, & vocauit nomen eius Iachin.* Dictio est Hebræica, significans, faciet dirigere: nominauit siquidem coronatam columnam dextram à directione imperatiua seu (quod idem est) imperio directiuo. *Et erexit columnam sinistram, & vocauit nomen eius Boham.* Hebræica similiter est dictio, interpretata in ipso fortitudo. nominauit siquidem columnam alteram à fortitudine executiua: vt siue ad deum (ante cuius templum sitæ sunt columnæ) referamus siue ad regem seu regnum, intelligamus hæc duo summo honore digna & vere coronanda: videlicet imperium directiuum (non quia sic volo sic iubeo) & fortitudinem executiuam directorum. Hæc enim duo beneficia diuina apparebant tum in diuina gubernatione Israelis, tum in rege Dauide & ipsius regno: & summe necessaria cuiuslibet regi & regno declarabantur per has columnas coronatas, talibus nominibus insignitas. *Et super caput columnarum opus in modum lilii.* Hactenus descriptum est opificium coronæ quæ erat super caput columnæ, modo describitur

Ff iiii opificium

opificium ipsius capitis super quod erat corona: & dicitur  
erat opus lilii. liliatum itaque fustum est caput vtriusque co-  
lumnæ. *perfectumque est opus columnarum.*

**F**ecitque mare fusile. Descriptis columnis describuntur con-  
sequenter vasa opportuna ad cultum templi: & inchoat à  
maximo vase aquæ pro ablutione sacerdotum, quod ob suam  
magnitudinem appellatur mare, opere fusili factum. *decem  
cubitorum à labio usque ad labium. hoc est diametraliter. rotun-  
dum in circumitu.* Ecce figura maris. & quinque cubitorum alti-  
tudo eius, & filum triginta cubitorum ambiebat illud per circumi-  
tum. Quantitas circumferentiæ describitur proportionata se-  
cundum artem; videlicet circumferentia tripla ad diametrum.  
Et sculptura subter labium circumiebat illud, *decem cubitis ambiens  
mare.* Iuxta Hebræum habetur. Et cælatura subter ad oram eius  
in circumitu, circumdantes ipsum decem cubitis. Et est ordo li-  
teræ: & ad oram eius subter in circumitu (hoc est in infima  
parte maris in circumitu) cælaturæ ambientes ipsum decem  
cubitis. duo siquidem simul narratur: & quod ambitus infi-  
mæ oræ erat decem cubitorum in circumitu, & quod ambi-  
tus ille ornatus erat cælaturis. Intellige tamen cælaturas  
simul fusas in ipsa superficie vasis. non enim proprie vocan-  
tur cælaturæ, sed similes cælaturis erant. Deinde immedia-  
te apud Hebræum sequitur. *ambientes mare in circumitu duo or-  
dines cælaturarum fuserunt in fusione eius.* Descripserat in infimo  
cælaturas: describit modo non solū in infimo, sed etiam duos  
ordines huiusmodi cælaturarum. quos intelligo præter an-  
tedictum in imo. Et stabat super duodecim boues, è quibus tres  
respicebant ad aquilonem & tres ad occidentem, & tres ad meri-  
diem & tres ad orientem: & mare super eos desuper erat, & omnia  
posteriora eorum intrinsecus erant. Descriptio istorum bouum est  
valde clara. *Grossitudo autem luteri trium vnciarum erat.* Iux-  
ta Hebræum habetur. Et grossitudo eius latitudo manus. hanc e-  
nim quantitatem aiunt proprie significari Hebraice. & la-  
bium eius quasi opus labii calicis & folium repandi lilii. Hebraice  
habetur. *stos lilii.* quauis non desint dicentes significari flo-  
rem rosæ & hic & superius. Liliatum itaque labium describitur  
tanquam labium poculi. *duo millia bathorum capiebat.* No-  
men mensuræ eutisdem scribitur, cuius quantitatem igno-  
tam credimus nobis. Quod autem subditur. *& tria millia me-  
tretas.* non habetur in Hebraico: sed adiunctum est à cupien-  
te

te concordare dissonantiam apparentem inter hanc literam  
& quartum capitulum secundi paralipomenon, vbi tria mil-  
lia metretarum scribuntur. sed de hac dissonantia ibidem e-  
rit sermo.

**E**t fecit bases decem æneas. Bases concharum intellige: sub-  
iungentur enim decem conchæ ad quas sustentandas æ-  
vehendas factæ sunt istæ decem bases. *quatuor cubitorum erat  
longitudo basis vnus, & quatuor cubitorum latitudo eius, & trium  
cubitorum altitudo eius.* Clare describitur quantitas cuiusque  
basis. Et hoc opus basis. Narrandum opificium basis cuius-  
que demonstratur per pronomen hoc. statimque subiungi-  
tur. *clausura ipsi.* Primum quod narratur est clausura, conti-  
nens. 5. tabulas æreas: videlicet quadratâ quæ tabulâ superio-  
rem cū quatuor tabulis per quatuor latera altitudinis trium  
cubitorum à terra. construebatur enim basis ex quinque tabu-  
lis æreis, quarum vnica tanquam stratū erat quantitatis qua-  
tuor cubitorum tam secundum longitudinem quam secun-  
dum latitudinem: reliquæ vero quatuor sustentantes istam  
erant quadrangulæ. nam quælibet erat quatuor cubitorum  
secundum longitudinem & trium cubitorum secundum la-  
titudinem: quia altitudo basis à terra, trium duntaxat cubi-  
torum erat. Oportebat autem coniungere has quatuor tabu-  
las quintæ, quæ erat quasi stratū, basis: & propterea pri-  
mum quod narratur est clausura, dicendo clausuræ ipsi,  
scilicet tabulis. Et statim subditur. *& clausura inter iuncturæ.*  
Vbi aduerte duo. alterum quod omitemus hic vulgatam æ-  
ditionem propter dissonantiam ab Hebraico textu. Alterum  
quod non proprie significantur iuncturæ, sed excavationes  
in ipsis extremitatibus tabularum quibus extremitatibus se-  
inuicem tangebant: veruntamen excavationes has intelli-  
ge per modum canalium quadrangulorum, secundum to-  
tam longitudinem extremitatum sese tangentium. Nec ca-  
nales isti erant aperti desuper, sed inuersi: ita quod vnuscu-  
iusque tabulæ canalis apertus erat versus latitudinem ipsius  
tabulæ: & fundum canalis contra fundum canalis tabulæ  
coniunctæ erat: ita quod tabulæ coniunctæ tangebant se in-  
vicem in superficiebus externis fundorum canalium. Clausura  
autem quælibet ad continendum huiusmodi canales simul,  
commensurata erat vtrique canali. & propterea erat vna ta-  
bella

opificium ipsius capitis super quod erat corona: & dicitur quod opus huius. Iliarum itaque fulum est caput vtriusque columnæ, *postquamque eff. opus columnarum.*

**F**ecitque mare fissile. Descriptis columnis describitur consequenter vala opportuna ad cultum templi: & inclinatur à maximo vale aque pro ablutione sacerdotum, quod ob suam magnitudinem appellatur mare, opere fuisse factum. *decem cubitorum à labio usque ad labium.* hoc est diametraliter. *volundum in circumitu.* Ecce figura maris. *Et quingentum cubitorum altitudinis eius.* *Et sicut triginta cubitorum ambitus illud per circumitum.* Quantitas circumferentiæ describitur proportionata secundum aream: videlicet circumferentia tripla ad diametrum. *Et scilicet supra labium circumibat illud, decem cubitis ambibus mare.* Iuxta Hebræum habetur. *Et celaturæ, scilicet ad oram eius in circumitu, circumdantes ipsum decem cubitis.* Et est ordo lateræ: & ad oram eius subter in circumitu (hoc est in infima parte maris in circumitu) celaturæ ambiens ipsam decem cubitis, duo siquidem simul narratur: & quod ambitus infimæ oræ erat decem cubitorum in circumitu, & quod ambitus ille ornatus erat celaturis. Intellege tamen celaturas simul solas in ipsa superficie vasis. non enim proprie vocantur celaturæ, sed similes celaturis erant. Deinde immediate apud Hebræum sequitur. *ambientes mare in circumitu duo ordine s. celaturarum, scilicet in ipsa oram.* Descriperat in infimo celaturas: describit modo non solum in infimo, sed etiam duos ordines huiusmodi celaturarum, quos intelligo præter antecessum in imo. *Et stabat super duodecim boues, è quibus tres respicientes ad orientem, & tres ad occidentem, & tres ad orientem, & tres ad occidentem.* *Et mare super eos desuper erat, & omnia posteriora eorum intus scissus erant.* Descriptio istorum bouum est valde clara. *Gravissimo autem latere triam unctarum erat.* Iuxta Hebræum habetur. *Et gravissimo eius latitudo manus, hæc enim quantitate aiant proprie significari Hebræice.* *Et labium eius quasi opus labii calicis, & sicutum respondit illi.* Hebræice habetur, *flus huius,* quannus non desunt dicentes significari fontem rosæ & hic & superius. Iliarum itaque labium describitur tanquam labium poculi, *duo millia bahorem capiebat.* Notamen inensuræ curiudam scribitur, cuius quantitatem ignoramus credimus nobis. *Quod autem subditur, & tria millia metretarum,* non habetur in Hebræico: sed adiunctum est à cupienter

te donec dare dissonantiam apparentem inter hanc litteram & quartam capitulum secundi parallelipipedonem, ubi tria millia metretarum scribuntur, sed de hac dissonantia ibidem erit sermo.

**E**T fecit bases decem arearum. Bases conclavium intellige subvehendas factæ sunt istæ decem bases, quatuor cubitorum longitudo basis unius, & quatuor cubitorum latitudo eius, & trium cubitorum altitudo eius. Clare describitur quantitas cuiusque basis. *Et ipsum opus basium inter se erat.* Iuxta Hebræum habetur. *Et hoc opus basium.* Narradum opificium basium cuiusque demonstratur per pronomen hoc. *Ratimque subiungitur: clausuræ ipsi.* Primum quod narratur est clausura, continentem quatuor tabulis per quatuor latera altitudinis trium cubitorum à terra. constructebatur enim basis ex quinque tabulis areis, quarum una tanquam strati erat quantitate quatuor cubitorum tam secundum longitudinem quam secundum latitudinem: reliquæ vero quatuor sustinentes ipsam erant quadrangulæ. nam quælibet erat quatuor cubitorum secundum longitudinem & trium cubitorum secundum latitudinem: quia altitudo basium à terra, trium duntaxat cubitorum erat. Opponebat autem coniungere has quatuor tabulas quinque, quæ erant quasi stratum, basium: & propterea primum quod narratur est clausura, dicendo clausuræ ipsi, scilicet tabulis. Et statim subditur. *Et clausuræ inter in stratis.* Vbi adverte duo, alterum quod omittimus hic vulgatas, ditionem propter dissonantiam ab Hebræico textu. Alterum quod non proprie significatur. *in duræ,* sed excavationes in ipsi extremitatibus tabularum quibus extremitatibus se invicem tangebant: venuntiam excavationes has intellege per modum canalium quadrangulorum, secundum totam longitudinem extremitatum seculi tangentium. Nec casualis isti erant aperti desuper, sed inveni: ita quod vniuersa tabule: & fundum canalium contra fundum canalium ipsius coniunctæ erant ita quod tabule coniunctæ tangebant se invicem in superficiebus externis fundorum canalium. Clausura autem quælibet ad continendum huiusmodi canales simul, commenturata erat vtriusque canalium. & propterea erat vna tabella

exterior istius oris rotundi altitudinis unius cubiti & diametri unius cubiti & dimidii, cælaturis ornata erat. & clausura earum quadrata non rotunda. Descripserat superius clausuras basis, sed non descripserat figuram eius, describit modo figuras earum: quod videlicet non erant rotundæ, sed quadratæ: hoc est quadrangulæ. luge prudens lector hanc figuram clausuræ cum antedicta altera conditione clausuræ, videlicet quod erat opus extensum & percipies recte fuisse declaratas clausuras istas.

Et quatuor rotæ sub clausuris. Loca supradictarum rotarum describuntur: videlicet sub clausuris. erant enim rotæ iunctæ tabulis lateralibus in infima parte tabularum. & loca rotarum in basi. Dictio hebraica sonat loca vel manus: sed quoduis intelligas, significantur axes super quos rotæ voluebantur. Cuiuslibet enim rotæ proprius axis erat in interiori parte tabulæ infixus qui replebat foramen rotæ, nec opus erat longo axe communi multis rotis: sed apposita rota axi in tabula existenti retinebatur rota ne ex axe exiret cuneo æreo immisso in extremam partem axis grossitudinem perforatæ rotellæ superantem. sic enim rotarum loca saluantur in ipsa basi facillime. Infixum autem tabulæ axem intellige non per affixionem, sed per ipsam fusionem. erant enim grossitudinis non modicæ tabulæ, & fusæ erant simul cum istis axibus in parte interiori. & altitudo rotæ singulæ unius cubiti & dimidii cubiti. Diameter rotæ à conuexa superficie usque ad concavam superficiem, quantitatis erat unius cubiti & dimidii: ac per hoc supererat altitudinis tabulæ vnus cubitus cum dimidio. trium enim cubitorum altitudo erat altitudo tabulæ lateralis, & spatium inter duas rotas iunctas vni & eidem tabulæ remanebat unius cubiti: quia quatuor cubitorum erat longitudo tabulæ. Et opus rotarum sicut opus rotæ currus. Ne intelligeretur rotas istas fuisse sicut rotas lecticarum ductilium (quæ ex vno continuo corpore constant) declarat eas fuisse sicut rotas curruum, quæ plures habent intercisiones. & loca earum & corpora earum & rotellæ earum & ligamina earum omne fufum. Ne putares malleo fabricatas rotas, declarat quod ipsæ secundum omnia earum erant fusæ. Quatuor autem enumeratorum, ligamina sunt qui radii vocantur à rotella ad circumferentiam rotæ, & ligant circumferentiam rotæ cum rotella in centro: rotellæ vero sunt ipsa quasi centra rotarum perforata quæ immediate iunguntur axi: corpora autem ipsarum

farum rotarum pars suprema quæ circumferentia dicitur: loca demum, vel ipsa foramina per quæ transit axis vel axes ipsi antedicti intelliguntur. de vniuerso enim verificatur quod fufum erat. Et quatuor humeri ad quatuor angulos basis vnus: à basi humeri eius. Declaratur modus quo humeri hærebant angulis basis: videlicet quod egrediebantur ab ipsa basi: hoc est quod erant simul fusi cum ipsa tabula basis, tanquæ egredientes ex medio eius & protensi usque ad angulos basis.

Et in summitate basis, dimidii cubiti altitudo rotunda in circuitu. Summitatem basis appellat terminum altitudinis quatuor humerorum super basim, quæ altitudo unius cubiti erat, vt supradicta testantur. Super itaque altitudinem humerorum & oris basis describitur altitudo amplior medij cubiti rotunda in circuitu. De qua altitudine rotunda subiungitur. & super summitatē basis loca eius, & clausuræ eius ex ipsa. Tria describuntur de hac altitudine. vltimo modus quo iungebatur basis: videlicet quod egrediebatur ab ipsa basi. ita quod non erat clavis aut glutino colligata basi: sed erat fusa simul cum basi: tanquæ egredientes ex summitate humerorum. Et duo prius scribuntur istius altitudinis officia: alterum loci, alterum clausuræ. tendebat enim altitudo hæc in quandam amplitudinem rotundam in circuitu ad hoc vt esset proprius locus in quo reciperetur fundum conchæ. Et quia erat adæquate commensurata fundo conchæ, ideo officium claudēdi exercebat: vt pote absque vacuitate aliqua intercepta fundum cōchæ circumcirca ambiens.

Et cælaturæ super tabulas loca earum, & super clausuras earum Cherubin leones & palmas: sicut applicationem cuiusque & copulationes in circuitu. Ne confusio, error, difficultasve esset componendo basim ex eo quod nesciretur locus proprius cuiusque tabulæ & similiter locus proprius cuiusque clausuræ, prouidit artifex cælaturas fusas tam in tabulis quàm in clausuris circumcirca tales & sic vt indicarent loca propria & tabularum & clausurarum. Verbi gratia, in tabula pendenti erat palma & in clausura cor respōdēte erat palma, & sic deinceps: vel media palma erat in vna & media in alia correspondente: & sic de Cherubinis & leonibus. similibus enim modis ipsæmet tabulæ & clausuræ monstrabant ex suis cælaturis propria loca in circuitu basis. Et sic finit opus basis: cuius figura sensibilibus est hæc. Redeamus ad textum vulgatæ additionis. In hunc

& mortariola & thuribula. Iuxta Hebræum habetur. & malla-  
uia & cyathos & palas ex auro puro. Nō tamen firmandos cre-  
diderim pedes super huiusmodi nominum interpretationes,  
propter varietatem interpretum. & cardines ostiorum domus in-  
terioris sancti sanctorum & ostiorum domus templi, ex auro erant.

Et perfectum est omne opus domus domini quod fecit rex Solo-  
mo: intulitque Salomo quæ sanctificauerat Dauid pater eius, argen-  
tum & aurum & vasa posuit in thesauris domus domini. Religio-  
sus filius dicata à patre Deo aurum argentum &c. in thesau-  
ris domus Dei non in propriis, posuit.

## CAPVT. VIII.

**I**nc congregati sunt seniores Israel & omnia capita tri-  
buum duces patrum filiorum Israel ad regem Salomonem  
in Ierusalaim: ut ascendere facerent arcam fœderis do-  
mini de ciuitate Dauid, ipsa est Hierusalem. Conueneruntque  
ad regem Salomonem omnes viri Israel in mense Ethanim. Iuxta  
Hebræum habetur, in mense fortium. Suspicio ideo nuncupa-  
tum mensem fortium mensem septimum, quia fortes dunta-  
xat resistūt ægritudinibus autumnii quæ septimo mense præ-  
cipue nos vexant. à fortitudine itaque vitalis virtutis, mensis  
septimus apud Hebræos cognominatus est mensis fortium:  
tanquam mense illo manifestetur huiusmodi fortitudo. in so-  
lenni die. hoc est in die decima mensis septimi: erat enim dies  
expiationis dies celeberrimus, ipse est mensis septimus.

Et venerunt omnes seniores Israel: tuleruntque sacerdotes arcam.  
Et ascendere fecerunt arcam domini & tabernaculum fœderis. Iuxta  
Hebræum habetur, & tentorium congregationis. Tabernacula  
duo legimus. alterum constructum à Mose, quod Salomonis  
tempore erat in excelso Gabaon: alterum constructum à  
Dauid in Sion pro arca dei. Et quia litera eodem vitur cog-  
nomine tabernaculi quo sæpissime in libris Moysi illud an-  
tiquum tabernaculi describi solet (videlicet tabernaculum  
adunationis) ideo illud tabernaculum describitur portatum  
in ista dedicatione templi. Et appellatione tabernaculi intel-  
lige id quod proprie appellatur à Mose tabernaculum: vide-  
licet velum contextum quod tabulis sustinebatur & operie-  
batur velo ex pilis caprarum & pellibus &c. Illud itaque ve-  
lum quod tabernaculum appellabatur, portatum à sacerdo-  
tibus narratur. dedicando siquidem templum loco taberna-  
culi facti à Mose, destructum narratur opificium tabernaculi  
antiqui

antiqui ne essent duo loca diuini cultus: & pro honore dica-  
torum Deo à Mose portauerunt tabernaculum in thesauro  
templi. & omnia vasa sanctuarij quæ erant in tentorio: & ascende-  
re fecerunt ea sacerdotes & leuitæ. Erant adhuc pro diuino cul-  
tu multa vasa apud tabernaculum Moysi: nam & ibi erat an-  
tiquum altare æreum & varia supellex pro victimis. Dauid  
siquidem ordinauerat ibidem diuinum cultum exolui: vt pa-  
ralipomenon testatur. Ad extinguendum itaque penitus di-  
uinum cultum alibi quàm in templo facti à Salomone, delata  
sunt à sacerdotibus omnia spectantia ad diuinum cultum quæ  
erant in tabernaculo Moysi in ipsa templi dedicatione. Rex  
autem Salomo & tota congregatio Israel quæ conuenerat ad eum,  
gradienti cum eo ante arcam: immolabant oues & boues, quæ nō nu-  
merabantur nec recensebantur præ multitudine. Ad differentiam  
victimarum oblatarum tempore Dauidis quando translata  
est arca de domo Obed'edon in Sion, scribitur quæ non nu-  
merabantur &c. nam tempore Dauidis sexto quoque passu  
legitur victima bouis & ouis: hic autem absque huiusmodi  
determinatione distantia & numeri scribuntur oblatae victi-  
mæ. Et adduxerunt sacerdotes arcam fœderis domini ad locum suum,  
ad oraculum domus, ad sanctum sanctorum: subter alas Cherubim,  
quos fecerat Salomon: nihil enim scribitur de Cherubinis  
paruis factis à Mose. Quia Cherubim expandebant alas ad lo-  
cum arce: & operiebant Cherubim arcam & vestes eius desuper.

Cumque eminerent vestes & apparerent summitates eorum foris  
sanctuarium ante oraculum, non apparebant ultra extrinsecus.  
Iuxta Hebræum habetur. Et fecerunt elongare vestes, & fuerunt  
visa capita vestium ex sanctuario ante Deum, & non videbantur  
foris. sicut in Hebræo. Disparitas quo ad apparentiam ve-  
stium in tabernaculo Moysi & in templo Salomonis descri-  
bitur: videlicet quod in tabernaculo Moysi capita vestium  
arce videbantur ex sanctuario ante sanctum sanctorum. in  
templo autem Salomonis videbantur ex sanctuario ante san-  
ctum sanctorum, quia elongati erant vestes à velo. Intelli-  
ge hic prudenter duo. Alterum quod in tabernaculum Mo-  
ysi videbantur quidem capita vestium ex sanctuario, sed non  
nuda, sed operata velo diuidente inter sanctum & sanctum  
sanctorum. videbantur autem prominentia sub velo sicut  
mulieris vbera sub veste: protendebantur enim aliquantu-  
lum longius quàm locus veli. Alterum quod in templo  
G g Salomonis

Salomonis duæ causæ cōcurrerant ad hoc vt capita vectium non viderentur ex sanctuario. Altera communis omnibus quæ erant in sancto sanctorum: videlicet interstitium ligneum inter sanctum & sanctum sanctorum. Altera propria vectibus: quia videlicet elongati erāt ab interstitio, ita quod si etiā interstitium fuisset ex lino, non apparuissent capita vectium tumentia in ipso velo lineo existentibus foris in sanctuario. Et hæc causa sola scribitur in litera: quia hæc est propria causa disparitatis, tenens se ex parte situs diuersi vectium in templo Salomonis & in tabernaculo Moysi: quia locus sancti sanctorum in templo erat viginti cubitorum, in tabernaculo vero erat decem. & propterea vectes in templo erant elongati ab interstitio medio: in tabernaculo vero tangebant velum medium, tumorem faciēdo. In litera ergo primum scribitur: videlicet elongatio vectium ab interstitio. & statim subiungitur quid ex non elongatione vectium emergebat in tabernaculo Moysi: videlicet quod apparebant capita vectium ex sanctuario ante sanctum sanctorum. & consequenter subiungitur cōtrarius effectus ex elongatione subsecutus: videlicet & non videntur foris: hoc est extra sanctum sanctorum. fueruntque ibi vsque in presentem diem. iuxta præceptum diuinum Exod. 25.

In arca autem non erant nisi duæ tabule lapideæ quas posuerat in ea Moyses in Choreb, quando pepigit dominus fœdus cum filiis Israel, cum egredierentur de terra Aegypti. Hæc est veritas: quod autem scribitur in epistola ad Hebræos de vna & virga, gloriosum est vt ibi exposuimus.

Et fuit cum exirent sacerdotes de sanctuario, nebula repleuit domum domini. Et non poterant sacerdotes stare ad ministrandum propter nebulam: quia repleuerat gloria domini domum domini. Nebula hæc, & nebula & caligo & gloria domini appellatur. ex quibus nominibus colligitur quod erat nebula per modum caliginis lucidæ: & ratione lucis appellatur gloria seu potius honor domini: ratione vero formæ appellatur caligo: ratione autem materiæ nebula. erant enim velut vapores nebulosæ caliginis cum splendore: & propterea sensibiliter offendeabant oculos sacerdotum ministrantium in altari.

**T**unc dixit Salomo: dominus dixit. Leui. 16. vt habitaret in nebula. Legendum est, in caligine. sed caligo pro nebula sumitur & econvertero in hac materia. Diuinam promissionem

sionem videns Salomon adimpletam, agnouit diuinam gratiam in ædificato templo: & propterea gratias agendo commemorat diuinum dictum. *Aedificando ædificauis domum in habitaculum tuum.* Hebraicè habetur. *habitaculum tibi.* Videns Salomon tale diuinæ benignitatis signum ac donum, spem suam manifestat de templo hoc: quod videlicet erit Deo velut habitaculum: dicendo ego quidem ædificando ædificauis domum, tu autem manifestasti illam habitaculum tibi. *si misissimum solium tuum.* Iuxta Hebræum habetur. *directionem ad solium tuum sempiternum.* Dixerat habitaculum tibi: declarat non esse habitaculum diuinum quasi personale, sed esse directionem ad sempiternum solium ipsius Dei. Officium templi manifestatur esse non præstare Deo habitationem, sed præbere hominibus directionem mentis eorum ad solium diuinum sempiternum quod in cœlis est. ad dirigendos siquidem homines in Deum qui creauit cœlos & terram regitque vniuersum, effectum est templum.

*Veritque rex faciem suam.* Antedicta verba protulit rex respiciens versus sanctuarium: dicturus autem subiuncta verba, vertit faciem suam ad populum. & *benedixit toti ecclesie Israel.* Perlege totum subiunctum sermonem: & cum nihil inuenieris sonans benedictionem populi imprecādo vel supplicando seu cupiendo, intellige benedictionem enunciatiuam. narravit siquidem rex per modum diuinæ laudis & gratiarum actionis Deo beneficium præstitum populo Israel, in hoc quod ædificauit ipse templum hoc Deo & posuit in eo arcam Dei secundum quod ipse Deus disposuit per Dauid: ita quod ipsa narratio huiusmodi beneficii appellatur benedictio populi. & *tota ecclesia Israel stabat.* Et ait: *benedixit dominus Deus Israel qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum: & in manu eius perfecit dicendo.* A die qua eduxi populum meum Israel de Aegypto, non elegi ciuitatem de omnibus tribubus Israel ad ædificandum domum: vt esset nomen meum ibi: sed elegi Dauid vt esset super populum meum Israel. Voluitque Dauid pater meus ædificare domum nomini domini Dei Israel. Et ait dominus ad Dauid patrem meum: eo quod fuit in corde tuo vt ædificares domum nomini meo, benefecisti, quia fuit in corde tuo. Vt autem tu non ædificabis domum: sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. *Cōfirmasti quoque dominus sermonem*

sum quæ locutus est: & surrexi pro Dauid patre meo & sedi super solium Israel sicut locutus est dominus, & edificavi domum nomini domini Dei Israel. Et posui ibi locum arce in qua est sedes domini: quod pepigit cum patribus nostris quando eduxit eos de terra Aegypti.

Stetit autem Selomo ante altare domini, De altari holocaustorum est sermo: sub diuo enim vniuersi erant. Et dicendo ante altare, manifestatur quod non retro altare (hoc est non inter altare & templum, sed inter altare & populum) stetit rex. Tacetur autem hic quod in Paralipomenon suppletur: videlicet quod stetit in suggesto æreo, ibidem posito pro persona regis vt videretur ab vniuerso populo. e regione totius ecclesie Israel, faciem siquidem versus altare & sanctuarium ad occidentem habes (in qua etiam plaga erant facies dotes ac leuitæ) populus autem per tres alias plagas orientis meridiei, & septentrionis erat, sic enim incepit facere quod faciendum ab aliis in hac subiuncta oratione docuit: videlicet quod versa facie ad templum preces Deo funderentur. & expandit palmas suas in caelum, etiã genuflexus vt subiungitur. Et placere Deo huiusmodi sensibiles dispositiones membrorum (flexendo genua & eleuando manus) hinc habes: nō quod hæc sint secundum se bona, sed quia sunt excitationes animi ad honorandū Deum, & effectus internæ dispositionis animi erga Deū: propter hoc quod sunt prouocatio altos ad elevationem mētis in Deū & ad honorandum Deum humano more. Et ait: domine Deus Israel nō est similis tibi Deus in celo desuper & super terram inferius. Dictio interpretata Deus, est nomen Elohim: a gubernatione enim vniuersi nominat eū, custodiens pactū & misericordiã. Legendū est, gratiã seruus tuus ambulantis coram te in toto corde suo. itæpe enim misericordiã pro gratia interpretes ponit. Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo qua locutus es ei: locutusque es ore tuo & manibus tuis implesti, vt hæc dies probat. Nūc igitur domine Deus Israel serua seruo tuo Dauid patri meo qua locutus es ei dicēdo, non excidetur tibi vir a facie mea sedens super solium Israel: verumtamen si custodierint filij tui viam suam vt ambulent coram me sicut ambulasti coram me. Et nunc Deus Israel sumētur obsecro verba tua qua locutus es seruo tuo Dauid patri meo. cōcedendo vt non ponamus obicem, vt non apponamus impedimentum executioni verborum tuorum.

Ergone putandum est quod vere Deus habitet super terrā? Parui refert

refert quod Hebraicè habetur. Num vere habitabit Elohim super terram? Ad excludendū errorem putatium Deū contineri in templo hæc dicuntur corā populo, ne vulgus in huiusmodi phantasias incideret. si enim celi. Legendū est. ecce celi & celi calorū non continent te, quanto magis domus hæc quam edificauit? Afferit quod nec celi capiunt Deum, vt hinc vulgus penitus elongetur a phantasia quod Deus contineatur in templo. Sed respice ad orationem serui tui & ad deprecationem eius domino Deus meus: ad audiendum hymnum & orationem quam seruus tuus orat coram te hodie. Vt sint oculi tui aperti ad domum hæc nō est ac die. Metaphoricus est sermo ad locum de quo dixisti: Deuterono. 12. erit nomen meum ibi. Declarat Salomon ex diuina autoritate quid Dei est in templo. quia enim dixerat quod Deus non continetur in templo, supererat manifestandum quid diuinum in templo esset: & hoc manifestat esse nomen Dei. Vere nomen Dei in templo fore promittitur a Deo: quia quod nominatur vere conueniens Deo, colendum, dicendum ac reuelandum in templo promittitur: ad differentiam reliquorum templorum mundi, animo & reliquorum locorum non relocatorum ad locum cultus Dei Israel. vt audias orationem quam orat seruus tuus in loco isto, Et exaudi deprecationem serui tui & populi tui Israel qui orabit ad locum istum: & exaudies in loco habitationis tuæ in celo, & exaudies & parces.

Si peccauerit vir in proximum suum, & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astrictus, iuxta Hebræum habetur. & eleuabit in ipso iuramentum ad faciendum iurare eum. Et est sensus: & offensus proximus eleuabit in offendente iuramentum ad faciendum iurare eum: hoc est dabit honorem iuramento remittens causam suam iuramento præstando ab eo qui offendit. itæpe enim hoc accidit. & venerit propter iuramentum: iuxta Hebræum habetur. & venerit iuramentum coram altari nō in domo ista. Non de quocunque iuramento, sed præstando corā altari istius templi loquitur. Et tu exaudies in celo, & facies ac indicabis seruos tuos: condānans impium dando viam eius in caput eius, & iustificans iustum dando ei secundum iustitiam eius. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, iuxta Hebræum habetur. Cum cæcus fuerit populus tuus Israel coram inimico eo quod peccabunt tibi. Sententia est clara. & reuersi fuerint ad te, & confessi fuerint nomen tuum, & orauerint & deprecatis fuerint te in domo hac: Et tu exaudies in celo, & parces peccato

sum quem locutus est: & surrexi pro Dauid patre meo & sedi super solium Israel sicut locutus est dominus, & edificavi domum domini domini Dei Israel. Et posui ibi locum arca in qua est fedus domini: quod pepigit cum patribus nostris quando eduxit eos de terra Aegypti.

Stetit autem Salomo ante altare domini. De altari holocaustorum est sermo: sub diuo enim vniuersi erant. Et dicendo ante altare, manifestatur quod non retro altare (hoc est non inter altare & templum, sed inter altare & populum) stetit rex. Tacetur autem hic quod in Paralipomenon suppletur: videlicet quod stetit in suggesto aereo, ibidem posito pro persona regis vt videretur ab vniuerso populo. e regione totius ecclesie Israel, faciem siquidem versus altare & sanctuarium ad occidentem habes (in qua etiam plaga erant facies dotes ac leuitae) populus autem per tres alias plagas orientis meridiei, & septentrionis erat. sic enim incepit facere quod faciendum ab aliis in hac subiuncta oratione docuit: videlicet quod versa facie ad templum preces Deo funderentur. & expandit palmas suas in caelum. etiam genuflexus vt subiungitur. Et placere Deo huiusmodi sensibiles dispositiones membrorum (stetendo genua & eleuando manus) hinc habes: non quod haec sint secundum se bona, sed quia sunt excitationes animi ad honorandum Deum, & effectus internae dispositionis animi erga Deum. propter hoc quod sunt prouocatio alios ad elevationem metis in Deum & ad honorandum Deum humano more. Et ait: domine Deus Israel non est similis tibi Deus in caelo desuper & super terram inferius. Dicitio interpretata Deus, est nomen Elohim: a gubernatione enim vniuersi nominat eum, custodiens pactum & misericordiam. Legendum est, gratiam seruus tuus ambulantis coram te in toto corde suo. saepe enim misericordiam pro gratia interpretes ponit. Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo qua locutus es ei: locutusque es ore tuo & manibus tuis implesti, vt haec dies probat. Nunc igitur domine Deus Israel seruo tuo Dauid patri meo qua locutus es ei dicendo, non excidetur tibi vir a facie mea sedens super solium Israel: veruntamen si custodierint filii tui viam suam vt ambulauerint coram me sicut ambulasti coram me. Et nunc Deus Israel firmetur obsecro verba tua qua locutus es seruo tuo Dauid patri meo. cedendo vt non ponamus obicem, vt non apponamus impedimentum executioni verborum tuorum.

Ergone putandum est quod vere Deus habitet super terram? Parui refert

refert quod Hebraice habetur. Num vere habitabit Elohim super terram? Ad excludendum errorem putantium Deum contineri in templo haec dicitur coram populo, ne vulgus in huiusmodi phantasias incidere, si enim caeli. Legendum est. ecce caeli & caeli caelorum non continent te, quanto magis domus haec quam edificauit? Afferit quod nec caeli capiunt Deum, vt hinc vulgus penitus elongetur a phantasia quod Deus contineatur in templo. Sed respice ad orationem serui tui & ad deprecationem eius domine Deus meus: ad audiendum hymnum & orationem quam seruus tuus orat coram te hodie. Vt sint oculi tui aperti ad domum hanc nocte ac die. Metaphoricus est sermo ad locum de quo dixisti: Deuterono. 12. erit nomen meum ibi. Declarat Salomon ex diuina auctoritate quid Dei est in templo. quia enim dixerat quod Deus non continetur in templo, supererat manifestandum quid diuinum in templo esset: & hoc manifestat esse nomen Dei. Vere nomen Dei in templo fore promittitur a Deo: quia quod nominatur vere conueniens Deo, colendum, dicendum ac reuelandum in templo promittitur: ad differentiam reliquorum templorum mundi, immo & reliquorum locorum non reatorum ad locum cultus Dei Israel. vt audias orationem quam orat seruus tuus in loco isto. Et exaudi deprecationem serui tui & populi tui Israel qui orabit ad locum istum: & exaudies in loco habitationis tuae in caelo, & exaudies & parces.

Si peccauerit vir in proximum suum, & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur strictus. Iuxta Hebraeum habetur. & eleuabit in ipso iuramentum ad faciendum iurare eum. Et est sensus: & offensus proximus eleuabit in offendente iuramentum ad faciendum iurare eum: hoc est dabit honorem iuramento remittens causam suam iuramento praestando ab eo qui offendit. saepe enim hoc accidit. & venerit propter iuramentum. Iuxta Hebraeum habetur. & venerit iuramentum coram altari tuo in domo ista. Non de quocunque iuramento, sed praestando coram altari istius templi loquitur: Et tu exaudies in caelo, & facies ac iudicabis seruos tuos: condanans impium dando viam eius in caput eius, & iustificans iustum dando ei secundum iustitiam eius. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos. Iuxta Hebraeum habetur. Cum casus fuerit populus tuus Israel coram inimico eo quod peccabunt tibi. Sententia est clara. & reuersi fuerint ad te, & confessi fuerint nomen tuum, & orauerint & deprecass fuerint te in domo hac. Et tu exaudies in caelo, & parces peccato populi



populi tui Israel. & reduces eos in terram. Legendum est. & facies habitare eos in terra quam dedisti patribus eorum. nec est opus expositione. Cum clausum fuerit celum & non fuerit pluuia propter peccatum eorum: & orauerint ad locum istum & penitentiam egerint nomini tuo. Legendum est. & laudauerint nomen tuum. Deinde sequitur pœnitentia dicendo. & à peccato suo auersi fuerint cum afflixeris eos. Et tu exaudies eos in celo & parce peccato seruorum tuorum & populi tui Israel, quia doceris eos viam bonam per quam ambulent: dabisque pluuiam super terram tuam quam dedisti populo tuo in possessionem. Legendum est. in hereditatem. hæreditario siquidē iure data est eis terra. Fames si fuerit in terra aut pestilentia aut corruptus aer aut erugo aut locusta aut rubigo. Legendum est. aut bruchus. multiplicantur enim species afflictionum. si obfederit cum inimicus eius in terra portarum eius: omnis plaga, omnis infirmitas. Cuncta deuotio & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel. Iuxta Hebræum habetur. Omnis oratio, omnis deprecatio quæ erit omni homini, toti populo tuo Israel. In hac petitione pro exauditione in occurrentibus diuersis malis, inseruntur externis malis occulta desideria supplicantium pro plagis cordis manifestandis Deo oratione ac deprecatione. si quis cognouerit. Legendum est. qui scient quisque plagam cordis sui & expādet manus suas ad domum hanc. prosecutio siquidem est dictæ sententiæ. Et tu exaudies in celo loco habitationis tuæ, & parce ac facies & dabis unicuique secundum omnes vias eius cuius cor cognoscerit. quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominis. Vt timeant te omnibus diebus quibus viuunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris.

Et etiam alienigena qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audiens enim nomen tuum magnum & manum tuam fortem & brachium tuum extensum) cum venerit & orauerit ad locum istum. Quauis alienigenæ nō admitterentur in templum, erat tamen certus locus ibidem in quo ethnini adorare volentes Deum, vota sua persoluebant. Tu exaudies in celo loco habitationis tuæ, & facies iuxta omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: ut noscant omnes populi terræ nomen tuum ad timendum te sicut populus tuus Israel, & ut noscant. quod nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam edificasti.

Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicum suum

per

per viam qua miseris eos: & orauerint ad dominum in via ciuitatis quam elegisti, & domus quam edificasti nomini tuo. Non spectat ad superstitionem vertere faciem ad locum templi orantes à remotis: sed quemadmodum alii exteriores actus ad excitandum deuotionem, vel ad honorandum diuinam electionem talis loci aut diuinum opus ibidem, nō solum licite, sed sancte fit. Et exaudies in celo orationem eorum & deprecationem eorum: & facies iudicium eorum.

Si peccauerint tibi (non est enim homo qui non peccet. Vtinam non experirentur veritatem huius sententiæ) & iratus fueris contra eos, tradiderisque eos coram inimico: & captiui ducti fuerint in terram inimici longinquam vel propinquam. Et reuersi fuerint ad cor suum, in terra in quam captiui ducti fuerint: reuersi que fuerint & deprecati fuerint te in terra captiuitatis suæ dicendo, peccauimus & inique egimus & impie egimus. Et reuersi fuerint ad te in toto corde suo & in tota anima sua in terra inimicorum suorum qui captiuos duxerint eos: & orauerint ad te in via terræ eorum quā dedisti patribus eorum & ciuitatis quā elegisti, & domus quā edificasti nomini tuo. Et exaudies in celo loco habitationis tuæ orationem eorum & deprecationem eorum, faciesque iudicium eorum. Et parce populo tuo qui peccauerit tibi, & omnibus rebellionibus eorum quibus rebellauerint in te: & dabis eos in misericordias coram eis qui captiuos duxerint eos, & miserebuntur eorum. Populus enim tuus & hereditas tua sunt. Populus Israel dilectus ac habitas à Deo ad instar hæreditatis (quam ut propriam solentius diligeri ac tueri) dicitur: ad differentiam reliquorum populorum, qui tanquam aduentitii intelliguntur respectiue ad populum Israel. quos eduxisti ex Aegypto à medio fornacis ferreæ. Parui referunt fornacem aut vas purgatorium ferri intelligas: quoniam metaphoricus est sermo. significatur enim quod ad ducti sunt de Aegypto afflictione maxima, purgatoria tamen, qualis est passio ab igne quo purgatur ferrum. Ut sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui & ad deprecationem populi tui Israel: ad audiendum eos in omnibus pro quibus inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in hereditatem ab omnibus populis terræ: sicut locutus es in manu Moysi serui tui, quando eduxisti patres nostros ex Aegypto domine deus. Hebraice habetur. Adonai Iehouih. complet siquidem orationem nominando Deum blandis nominibus domine mi Iehouih: quod idem est quod Iehouah, sola inflexione

G iiii disse

differeus ad quandam dulcedinem affectus supplicantis.  
**E**T fuit cum complisset Selomo orare ad dominum totam orationem & deprecationem hanc surrexit de conspectu altaris domini: vtrumque enim genu in terram fixerat, & palmas expanderat ad caelum. Quod dicitur in terram, intellige in pauimentum illius aerei loci in quo rex manebat. Stetitque. Non genuflexus, sed stans & versus ad populum (hoc est ad orientem) dixit subiuncta. huiusmodi enim versio intelligitur tum ex simili ante orationem praemissam: tum ex eo quod dicitur hic surrexit de conspectu altaris, quod Hebraice elarius dicitur à facie altaris, & benedixit toti ecclesiae Israel: voce magna dicendo. In hoc subiuncto sermone manifesta continetur benedictio imprecatiua. *Benedictus dominus qui dedit requiem populo suo Israel iuxta omnia quae locutus est: non ceciit verbum vnum ex omnibus verbis bonis quae locutus est in manu Moysi serui sui. Sit dominus deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus nostris: non derelinquat nos & non abiiciat nos. Ut inclinet cor nostrum ad se: ad ambulandum in omnibus viis eius, & ad custodiendum praecepta eius & statuta eius & iudicia eius quae praecepit patribus nostris. Et sunt verba mea haec quibus deprecatus sum coram domino, propinqua domino Deo nostro die ac nocte: ut faciat iudicium serui sui & iudicium populi sui Israel per singulos dies. Ut cognoscant omnes populi terrae quod dominus ipse est Deus: non ultra. Sitque cor nostrum perfectum cum domino Deo nostro: ut ambulemus in statutis eius, & custodiamus praecepta eius sicut die haec. Quauis Hebraice clausula haec tota in calce huius benedictionis legatur in tertia persona, interpret tamen vertens in primam seruauit sensum: quoniam de Israelitis est sermo: ut testatur vltima verba, videlicet sicut & hodie, erant enim die illo omnes exhibentes se deuote Deo.*

Rexque & totus Israel cum eo, sacrificabant sacrificium coram domino. Et sacrificauit Selomo sacrificium pacificorum quod sacrificauit domino, bouum vigintiduo millia & ouium centum & viginti millia: & dedicauerunt domum domini, rex & omnes filii Israel. Festum ergo dedicationis primi templi erat mense septimo. Dico autem primi, ad differetiam secundi quod postea tempore Cyri regis persarum aedificari coepit de ipsius Cyri mada. to &c. ut in sequentibus libris scribitur.

In die illa sanctificauit rex medium atrijs quod erat ante domum domini. fuit enim tanquam extensio altaris holocaustorum huiusmodi

iusmodi sanctificatio, regia dispositione, sacerdotum autem ministerio facta: quoniam altare holocaustorum continuabatur solo atrijs. quia fecit ibi holocaustum & munus & adipis pacificorum: quia altare aereum quod erat coram domino, erat paruum & capere non poterat holocaustum & munus & adipis pacificorum. Fecitque Selomo in tempore illo festiuitatem & totus Israel cum eo congregatio magna, ab introitu Chamath vsque ad torrentem Aegypti coram domino Deo nostro septem diebus, pro dedicatione templi. & septem diebus, alijs pro festo tabernaculorum. quatuordecim diebus. Et in die octauo, proculdubio ab initio festi tabernaculorum: erat enim huiusmodi dies octauus in lege Moysi sanctus, dimisit populum, & benedixit regi. Hinc apparet ordo istarum festiuitatum. ex eo enim quod die octauo peracto recessit populus, manifestatur quod priuum (hoc est octauo die mensis septimi) incepit dedicatio templi: qua finita quinta decima die eiusdem mensis incepit festum tabernaculorum: & sic octauo die (hoc est vigesimo secundo eiusdem mensis) data est licentia recedendi die sequenti. & abierunt in iherosolima sua, letantes & alacri corde super omni bono quod fecerat dominus Dauidi seruo suo & Israeli populo suo, perficiendo templum à Dauide ordinatum: & firmando per hoc regnum in iherosolima & dando filium sapientem &c.

## CAPVT IX.

**E**T fuit cum compleret Selomo aedificare domum domini & domum regis, & omne quod optauerat & voluerat facere: apparuit dominus Selomoni secundo, sicut apparuerat ei in Ghibbon. hoc est in somnis: nam sic apparuerat prima vice. Dixitque dominus ad eum: exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam quam deprecatus es coram me, sanctificauit domum hanc quam aedificasti ad ponendum nomen meum ibi. non solum exteriori signo lucidae nubis, sed etiam interna voluntate sanctam effeci domum hanc ad hoc ut ponerem nomen meum ibi. Non ergo solo humano opere, sed etiam diuino dictum est templum ad diuinum nomen colendum atque cognoscendum, in sempiternum. Humano more accipitur sempiternum pro coaetuo: hoc est quandiu templum erit. & erunt oculi mei & cor meum ibi omnibus diebus. Tu quoque si ambulaueris coram me sicut ambulauit Dauid pater tuus in simplicitate cordis & in aequitate, iuxta Hebraeam habetur, in perfectione cordis & in rectitudine ad faciendum omnia quae praecepit